Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Astronomica - Cod. Ettenheim-Münster 165

Moingenat, Johannes

[S.l.], 1623-1624

Articvlvs V.

urn:nbn:de:bsz:31-114277

Visual Library

unitas sequenti binarius 3o anno ternarius curreret
et sic deinceps, aliter nempe, quam fuerit dispositio facta,
eo quod et novilunia aliter caderent; officium aurei nu-
meri erat indicare novilunia Ecclesiastica, altera co-
lumna, ut dixi literas 7 dominicales complectebatur nu-
merando illas ab A usque in G et rursus redeundo in A idque
quinquagies bis, factas sa. d. aut ut illius die S. Sylvestro sacro
nullas caderet litera; quam ob causam et hodie sequens semper
annus aliam literam dominicalem deposcit. Bissextus vero annus
ordinem hunc octo turbavit, quo ordo post 28 demum annos
redierat.

ARTICULUS Vus

De Erroribus et caussis correctis ve-
teris Calendarij.

Calendarium vetus peccavit tam in anno solari, quam in
lunari, in solari quidem eo quod annus solaris Astrono-
micus praeter dies 365 constet tantum horis 5 minutis
49 [illegible] calendarium assumpserit 6 integras horas, et quo quo-
vis anno unum solidum diem a quibus sex horis completis singu-
li Astronomici anni deficiunt 10 minutis 44 secundis,
qui defectus annis undenis excrescit in horas fere duas,
annis 23 in horas 4 fere, annis denique 134 in inte-
gram diem duobus dumtaxat minutis desideratis et
annis 400 in tres dies. Ratione anni lunaris peccavit in hoc
quod singulis 19 annis novilunium ad pristinam suam sedem
eandem diei horamque posuerit redire, interea vero singulis
circulis commissus sit error horae unius, 27 minutorum,
312 vero annis cum medio error diei unius. Est a concilio
Nicaeno hucusque error quatuor dierum itaque ab eodem
Concilio ad usque saeculum nostrum in anno solari evenit
error 10 in lunari a 4 dierum. Ratione quidem anni solaris erro-
ris aequinoctium a 21 Martij dimotum fuit, ratione lunaris

anni novilunia per aureos numeros quatuor diebus tardiis
fuerunt radicata, quam in cælo contigerant. Rursus ratione an„
ni solaris novum Pascha à vetere quatuor hebdomadis abes„
set, ratione lunaris una, quando n. nec in sole nec in lunâ error
committitur simul utrumque Pascha celebratur, quando in utroque
5 hebdomadibus differunt. Exemplo res declaratur Anno hoc
1625 Pascha vetus à novo aberit 4 hebdomadibus
at nisi decima quarta Paschalis in novo Calendario in ipsam
Dominicam incidisset abesset hebdomadibus quinque ob errorem
utriusque anni solaris et lunaris. Aureus igitur numerus erit
11, Epacta nova 21: litera Dominicalis nova E, vetus v.
B, epactis nova in Calendario novo, seu validum Pascha
le novilunium Ecclesiasticum incidet in 10 Martij, 14a post
æquinoctium in 23 eiusdem, in ipsam videlicet Dominicam;
quare Pascha transferetur in Dominicam sequentem 30
scilicet Martij; contra in Calendario veteri aureus
numerus 11 seu novilunium Ecclesiasticum, quod à
cælesti distat 5 diebus cadet in 13 Martij veteris,
ob idque inutile est decima quarta et plenilunium
Ecclesiasticum in 16 veteris, adeoque ante æquinoctium
Ecclesiasticum 21 Martij quem diem omnium rigide observat
sectarij, ante quod tempus prohibitum erat celebrari Pas„
cha. Rursus integrâ lunatione peractâ redit Aureus
numerus ad 2 Aprilis veteris, ~~12~~ novi, 14 Pascha„
lis, 15 Aprilis veteris, 25 novi, et cum litera Domi„
nicalis vetus quae est B incidat in 17 veteris Pascha
vetus celebrabitur 17 Aprilis veteris, 27 novi, qui
dies extra terminum Paschalem verum biduo procurat ali„
quando 5 diebus, et deinde magis et magis aberrabit, do„
nec tandem in ipsum Maium recidat

ARTICULUS VI^{us}

De Emendatione veteris Calendarij.

Duplici huic Calendarij malo pluribus remedijs subveniendum est, 1^{m} qu aequinoctium caeleste et civile discreparunt horq̄ à 21 Mart: cui alligatum erat ad 11 eiusdem ob praedictum defectum 10 minutorum 44 secundorum ab horis integris et completis quot annis commissum discessit discrimine 10 dierum interveniente, varij in varias concesserunt sententias in hoc emendando errore, alij n. aequinoctium contra Nicaen. Concil. statutum in 11o Martij retinendum, alij in 25 eiusdem ob certas caūs rejiciendum censuerunt, plerique tn̄ in verba Concilij dicti et diē 21 Martij iurarunt; quā ob rē cum Calendarium vetus aliter emendari n̄ poēt, quā ut 1o tollerentur errores, deinde verò remedia praescriberentur ne eadem menda recurrerent, ad aequinoctij in sua sede restitutionē et ad emendatiōem anni solaris verō ex veterum Calendario 10 dies eximi et tolli debebant, ut sic error tolleretur et aequinoctium quod iam 10 anticiparet dies in 21 redderet. Itaque Greg. XIII ex anno 1582 10 dies sustulit et 5^{m} Octobris et eiusdem indicetavit quod erat 1^{m}. 2o ne idē rursus eveniret error, cautum ē sut oēs ij centesimi anni per seqdem bisexti oēs tn̄ relinquerentur, qd os n̄ emetitur numerus 400 uti supra dictum ē de cyclo Gregoriano, videlicet centesimus intra millesimum sexcentesimum, et bis millesimum conclusi quales sunt septingentesimus, octingentesimus, nongentesimus &c. Raō ē qa in spatio 400 annorum 10 praedicta minuta, cum 44 secundis excrescunt in 3 dies, desideratis tm̄ 27 minutis fere fit ut intra